(26.) B. Obitus Arnoldi Scelkens, qui legavit investito pro anniversario suo unum lopinum siliginis ad hereditatem, dictam die Heseryt. Tielmannus Swolfs solvit, pro nunc Bartholomeus Buycx et Cristina, uxor eius (hand C).

(27.) C.

(28.) D.

(29.) E. Petrus et Paulus. Obitus Gerardi Hebscaeps, qui legavit ecclesie quartam vini in ad populum Pasca communicandum et investito grossum veterem. Obitus Hilware de Heggen, que legavit sex denarios (hand A).

(30.) F. Obiit Margareta, uxor Johannis Bie, ultima die Junii, que legavit investito pro anniversario unum lopinum siliginis hereditarie supra Garsbocht. Item eodem modo legavit maritus eius, Johannis Bye, etiam unum lopinum siliginis supra eadem bona, et quod eadem die presbyter celebrabit missam de Requiem, et si non fecerit, tunc Mensa Sancti Spiritus habeat ad opus pauperum (hand C).

F° 14 r°

JULII.

(1.) G. Obitus Wilhelmi Deens, qui legavit investito, cantando vigiliam et missam, duos lopinos siliginis, matriculario dimidium lopinum, ecclesie de Weeldt, pro luminaribus, dimidium lopinum, et ad supra contrapignora Thome Molenpas, anno 22° (1522) (hand C).

(2.) A. Visitatio Marie.

(3.) B. Pro anniversario, tricesimo ac vigiliis Godefridi Lupi, Nelle, uxoris sue, Godefridi Petri Engelberx nec non Margarete, liberorum dicti Godefridi Lupi et uxoris sue predictae, temporibus perpetuis vigiliam et missam cantandas solempnes, et tricesimum predictum altera die Visitationis Beate Marie incipiente, dederunt et legaverunt Nella, Petrus eius filius, octo lopinos siliginis hereditarii pactus, singulis annis ac perpetuo, per curatum seu vicecuratum in Weelde levando. Insuper predicti testatores legaverunt unum stuferum sive tres grossos Brabantie per matricularium eiusdem ville ad et supra domum cum domistadio et fundo dictorum testatorum perpetue levando seu levandibus pro labore suo ad hoc requisito. Similiter legaverunt ecclesie dicte ville pro luminari medium stuferum supra dicta bona. De quibus octo lopinis siliginis antedictis, dicti testatores assignaverunt levari, singulis annis, ad et supra quandam peciam terre, dictam den Eppelinck, continentem sex lopinos siliginis terre arabilis, jacentem iuxta de Eelsche strate, donec et quousque dicti octo lopini siliginis ad et supra dictum pignus satis cognitum, fuerunt assignati tali conditione adiecta, videlicet quod si in officiis predictis contigerit fieri aliqua negligentia aliquod predictorum officiorum obmittendum, quod tunc redditus predicti Mense Sancti Spiritus dicte ville erunt applicandi, et eosdem per gubernatores sepedicte Mense pro animarum predictorum salute pro prima vice sine quacumque contradictione in pios usus dumtaxat convertendi (hand C).

(4.) C. Anniversarium Arnoldi Petri semper celebrabitur secunda die post festum Visitationis Marie. Unde investitus habebit quatuor lopinos siliginis hereditarie, ut patet in litteris R.D.N.D. Ludovici de Berbon, episcopi Leodiensi dyocesis, supra hoc et aliis confectis. Insuper ordinatum est quod rectores Sancti Spiritus tenebunt, illo die eius anniversarii, dividere ipsis pauperibus, in eius anime et suorum parentum refrigerium, unam fertellam siliginis in pignora, in litteris supradictis specificata, levandam (hand C).

(5.) D.

(6.) E.

(7.) F. Obitus Johannis Mierdmans, qui legavit investito duos lopinos siliginis et ad supra (hand C).

(8.) G.

F° 14 v°

(9.) A.

(10.) B.

(11.) C. Benedicti Abbatis.

(12.) D. Obitus Hillegundis, uxoris Petri Elie, que legavit investito, pro anniversario Petri Elie et suo, tres partes quarum septem sunt in una libra grossorum, supra bona quondam Verghoolden, que tenet Ancelmus Baten (hand A).

(13.) E.

(14.) F. Obitus Domini Johannis Wilhelmi, rectoris capelle quondam, qui legavit, pro suo et parentum suorum anniversariis, unum lopinum siliginis ad et supra bona Johannis Scoesitters, que tenet idem Johannes Scoesitters, commorans in die Hegge, pro nunc Walterus Huybs (hand C). Obitus Godefridi de Avort, alias Leysen, qui legavit investito, pro anniversario suo, medium lopinum siliginis, ad et supra domum et domistadium in opposito capelle iuxta hereditates Henrici Thome (hand C).

(15.) G. Divisio Apostolorum.

(16.) A. Obitus Henrici Tielmanni, qui legavit investito de Weeld, cantando vigiliam et missam, tres stuferos cum dimidio, matriculario unum stuferum. Ecclesia solvere tenetur (hand C).

F° 15 r°

(17.) B.

(18.) C.

(19.) D. Feria sexta ante Magdalene. Obitus Petre, filie Gerardi Huybs, que legavit investito de Weeldt, pro anniversario, cantando vigiliam et missam, duos lopinos siliginis hereditarie. Similiter matriculario medium lopinum siliginis, ecclesie Sancti Michaelis de Weeldt pro luminaribus medium lopinum siliginis, et ad supra peciam terre, nuncupatam den Cruysacker, situatam in platea van den Meer (hand C).

(20.) E. Obitus Heilewigis, que donavit modium siliginis in anniversario.

(21.) F.

(22.) G. Marie Magdalene. Obitus Aleydis Swilden, que legavit investito unum grossum antiquum hereditarii census, supra diditatem sue mansionis, jacentem apud plateam, apud domum, nuncupatam den Vos, ab uno latere, et domus Theodrici Leyenberch, quam possidet Arnoldus de Grave. Nunc Martinus Van Duysel (hand C).

(23.) A.

(24.) B. Anno XIII<sup>o</sup> (1513). Obitus Elizabeth, filie Johannis Walteri Sobben, que legavit investito de Weeldt unum lopinum siliginis hereditarii pactus levandum (hand C). Obitus Aleydis Ponts, que legavit investito unum lopinum siliginis hereditarii pactus, levandum supra domum cum suis attinentiis, jacentem apud plateam, apud hereditates Henrici Baten et Godefridi Spilmakers, pro animis Arnoldi Ponts, uxoris Aleydis prefate, testatricis, ac Adriane, filie eorum (hand C).

F<sup>o</sup> 15 v<sup>o</sup>

(25.) C. Jacobi et Christini.

(26.) D. Anniversarium Domini Nicolai Goessens ab Hakendover, Pastoris ecclesie Weeldensis, qui obiit anno Domini XVc quinquagesimo nono (1559), ipso Dive Anne celebrabit annue cum vigiliis, et missa postridie Sancte Anne (hand A).

(27.) E. Obitus Margarete Ghiselberti Bax, que obiit anno M.CCCC.XXXIII (1434), que legavit, pro suo anniversario, investito de Weelde, et pro anniversario Gerardi Petri, eius mariti, unum grossum, levandum ad et supra hereditatem, dictam de Tydenbrake, quam tenet Dyonisius, filius Johannis Swilden, alias Dribbels (hand B).

(28.) F.

(29.) G.

(30.) A.

(31.) B.

F<sup>o</sup> 16 r<sup>o</sup>

AUGUSTUS.

(1.) C. Petri ad Vincula.

(2.) D.

(3.) E.

(4.) F.

(5.) G.

(6.) A.

(7.) B.

Anno 1534<sup>o</sup>.

(8.) G. Obitus Walteri Petri Ghybs, qui legavit investito de Weelde, cantando vigiliam et missam, quatuor stuferos, matriculario stuferum cum dimidio. Fabrica ecclesie tenetur persolvere (hand C).

F<sup>o</sup> 16 v<sup>o</sup>

(9.) D. Dominica ante festum Assumptionis beate Marie. Anniversarium Johannis Pieck, uxoris Gudule ac prolium, pro quo idem Johannes legavit investito de Weelde unum lopinum siliginis, hereditarii pactus, levandum ad et supra peciam terre, nuncupatam dat buchten over soe. Adrianus Huybs solvit apud (hand C).

(10.) E. Laurentii Martyris.

(11.) F. Anniversarium Anne Jacobi Adriani celebrabitur annue cum vigiliis et missa postridie Laurencii martyris, pro sua eiusque mariti, videlicet Jacobi Adriani ac eius parentum Henrici Ancelmi et Ide uxoris. Unde fabrica ecclesie solvere tenetur pastori quatuor stuferos, custodi vero unum pro labore in eiusmodi anniversariis requisito (hand C).

(12.) G.

(13.) A.

(14.) B. Obitus Petri Elie et Hylwaris, sue uxoris, qui legaverunt ecclesie sex denarios, et investito sex denarios supra pratum, situm iuxta scoeten, quod tenet Elisabeth Baten. Item Elie, filii Petri, unum grossum (hand A).

(15.) C. Assumptio Beate Marie Virginis.

(16.) D.

F° 17 r°

(17.) E. Obitus Johannis de Mari, qui legavit presbytero dimidium grossum (hand A).

(18.) F.

(19.) G.

(20.) A. Sancti Bernardi.

(21.) B. Anno millesimo quingentesimo sexto (1506). Obitus Johannis, filii Henrici Tielmanni, Margarete eius uxoris, qui legavit, pro anniversario suo nec non parentum suorum, investito de Weeldt, cantando vigiliam et missam, quatuor lopinos siliginis, et ad supra sua bona Henrici Tielmanni, in Esbeeck situata, pro nunc Cornelius Sledden (hand C).

(22.) C.

(23.) D.

(24.) E. Bartholomei. Obitus Katherine, filie Ywani, qui legavit pro suo anniversario unum lopinum siliginis (hand A).

F° 17 v°

(25.) F.

(26.) G. Anniversarium Henrici Joannis Theodrici, Martine uxoris, et parentum, celebrabitur annue, cantando vigiliam et missam, feria sexta ante Egidii. Unde investitus recipiet quatuor stuferos, custos unum. Ecclesia solvere tenetur et ponere luminaria (hand C).

(27.) A.

(28.) B.

(29.) C. Decollatio Iohannis Baptiste.

(30.) D. Obitus Elisabeth Bax, que legavit investito, pro suo, Andree Thome, sui mariti, et Elisabeth, sue filie, anniversariis unum lopinum siliginis ad et supra domum et domistadium suum in Geneneynde situm (hand B).

(31.) E.

F° 18 r°

SEPTEMBER.

(1.) F. Egidii Abbatis. Anniversarium domini Anthonii Buyx semper celebrabitur in festo Egidii, qui legavit, pro suo suorumque parentum anniversario, in ecclesia de Weeldt, annue celebrando cum vigiliis, novem lectionibus et missa de Requiem, tres vertellos siliginis redimibiles, in quibus sibi tenetur annue quidem Henricus Havermans, in villa de Weeldt commorans, ex quibus tribus vertellis siliginis curatus seu vice-curatus unum cum dimidio virtellum habeat, salvo quod ex illis presbyteris interessentibus et celebrantibus proprie celebrationis huiusmodi anniversarii, cuilibet dare tenebitur unum stuferum Brabanticum. Residuum dictorum trium virtellorum siliginis habeat fabrica dicte ville de Weeldt, salvoque mamburni dicte fabrice ex huiusmodi residuo annue dare et, ex oblatione habebunt, matriculario seu deservitori matriculario dicte ville pro suis pulsibus et laboribus quatuor stuferos Brabanticos (hand C).

(2.) G. Anno Domini 1453. Anniversarium Nicolai Hemkens et Ide, sue uxoris, ac eius parentum, qui legaverunt unum lopinum siliginis, hereditarii pactus, supra pratum quoddam, situm in Eele, apud Daesdonc. Henricus Thome solvit. Johannes, filius Walteri Liven, pro nunc solvit Walterus Langen Wouters junior (hand C).

(3.) A.

(4.) B.

(5.) C.

(6.) D.

(7.) E.

(8.) F. Nativitas Beate Marie.

(9.) G.

F° 18 v°

(10.) A. Anniversarium Joannis Joannis Lamberti et parentum semper celebrabitur cum vigiliis et missa Dominica ante Exaltationis Crucis. Unde investitus solet recipere ab ecclesia quatuor stuferos. Custos unum (hand C).

(11.) B.

(12.) C.

(13.) D.

(14.) E. Exaltacio Crucis. Cornelii.

(15.) F.

(16.) G. Anniversarium Elizabeth Metten dimidium lopinum siliginis hereditarie supra domum et domistadium eius, et si investitus omiserit, tunc Mensa Sancti Spiritus habebit stuferum. Solvit Bartholomeus, Elizabet Metten, pro nunc Arnoldus Bax (hand C). Feria quarta Quatuor Temporum. Anniversarium Katharine Perlaers, uxoris quondam Walteri Mierdmans, que legavit investito de Weelde, cantando vigiliis et missam, duos lopinos siliginis cum dimidio, et ecclesie dimidium lopinum pro luminaribus, et matriculario dimidium lopinum siliginis, supra pratum, communiter nuncupatum Tijs Scoemakers grooten Bocht, ex octo virtellis siliginis de quibus octo virtellis habetur littera scabinalis, ex parte quondam Ziberti Wouters Liven (hand C).

F° 19 r°

(17.) A. Lamberti Episcopi.

(18.) B.

(19.) C.

(20.) D.

(21.) E. Mathei Apostoli et Ewangeliste. Obitus Wilhelmi, filii Johannis Wilhelmi, qui legavit investito supra pratum unum, iuxta Scoeten, sex denarios (hand A).

(22.) F. Dominica ante Dedicacionem semper celebrabitur. Obitus Elizabeth, uxoris Petri Lupi, que legavit investito de pro anniversario suo nec non Petri Lupi cum prolibus, tres lopinos siliginis supra contrapignora Jasparris, filii Arnoldi Scanarts, apud domum investiti situata (hand C).

(23.) G.

(24.) A. Obitus Yde, uxoris Egidii et Egidii, eius mariti, et Petri et Mergarete, eorum filiorum, unum lopinum siliginis cum dimidio. Johannes Conensoen solvet de domo et hereditate sua (hand A).

F° 19 v°

(25.) B.

(26.) C.

(27.) D.

(28.) E. Anniversarium Domini Petri van Trier et Francisci, patris eius, et Marie, matris, semper celebrabitur maritis in dedicatione Weldensi pro quo tenetur Mensa Sancti Spiritus

pastori solvere, cantando vigiliis, tres lectiones et missam, sex stuferos, custodi tres stuferos, sacellanis celebrantibus singulis duas blancas, et ecclesie decem stuferos pro luminaribus (hand C).

(29.) F. Michaelis Archangeli.

(30.) G. Obitus Margarete, uxoris Wilhelmi Danielis, que legavit investito de Weeldt, cantando vigiliam et missam, duos lopinos siliginis cum dimidio, et ad supra (hand C).

F° 20 r°

OCTOBER.

(1.) A. Bavonis et Remigii. Obitus Mechtildis, filie Jacobi de Mere, quatuor grossos supra ortum, qui fuit Mechtildis de Mere, quem tenet Henricus Reyns (hand A). Anniversarium prima Octobris Petri Biesstraten et Cornelie et Marie sororum, Johannis patris, et matris Catharine, pro quo ecclesia tenetur solvere pastori octo stuferos, cantando vigiliis, tres lectiones et missam, custodi quatuor stuferos, recepit ecclesia sedecim Renenses. Postea pro patre, matre et Maria filia recepit ecclesia decem Renenses. Eadem die anniversarium Theodrici Scellekens et Zelie, uxoris, pro quo pastor recipit (hand C).

(2.) B.

(3.) C. Obitus Elisabeth Stickers, que legavit tres grossos supra bona sua (hand A).

(4.) D. Anniversarium Ancelmi Molenpas et parentum, qui obiit 1547; celebrabitur, cantando vigiliam et missam, ipso die Francisci, unde investitus recipiet quatuor stuferos, custos unum, ecclesia solvere tenetur (hand C).

(5.) E.

(6.) F.

(7.) G.

(8.) A.

F° 20 v°

(9.) B. Dyonisius. Obitus Thome, qui legavit presbytero duos solidos supra bona sua. Obitus Ywani de Weelde, qui legavit duodecim denarios supra domum et curtem, quas tenet Johannes Brant. Obitus Susanne et Nycholai et Rist, et uxoris eius et filiorum eorum, unum investito grossum supra pratum, quod tenet Johannes Grieten, situm in die Hesperijt (hand A).

(10.) C.

(11.) D. Feria quarta post Dionisii. Anniversarium Johannis Scoesitters nec non Gertruydis, eius uxoris cum prolibus, cantando vigiliam et missam, unde investitus habebit quinque stuferos pro labore suo, et matricularius unum stuferum. Ecclesia solvet hereditarie (hand C).

(12.) E.

(13.) F.

(14.) G. Obitus Henrici Prijt, qui legavit quatuor solidos annuatim pro suo anniversario faciendo. Obitus Gertrudis Deckers, que legavit investito pro suo et suorum parentum anniversario novem denarios (hand A).

(15.) A.

(16.) B.

F° 21 r°

(17.) C. Obitus Johannis Nycholai qui legavit investito, pro suo anniversario, dimidium grossum, levando ad et supra duo domistadia dicti Johannis Nycholai. Solvit filius suus naturalis (hand B). Anno XXXII° (1532) in profesto Luce. Obitus Reverendi Prioris et Magistri Joannis de Loemel, archidiaconi Famenne et curati de Weeldt, qui legavit investito, cantando vigiliam et missam, sex stuferos, matriculario sex stuferos. Fabrica solvere tenetur. Item cuilibet celebranti duos stuferos (hand C).

(18.) D. Luce Ewangeliste.

(19.) E.

(20.) F.

(21.) G. Obiit Ghiselbertus Bac, filius Laurencii Bac, anno M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup> (1440), qui legavit ecclesie de Weelde grossum antiquum hereditarie, investito pro anniversario grossum antiquum. Item novo altari Sancti Crucis et Anthonii, qui fundatur, sex lopinos siliginis hereditarie, et si Gerardus frater Johannis Bax habeat octo lopinos siliginis hereditarie supra domos et domistadia, et ambo pomeria levando. Et auli ordinavit dimidium grossum veterem. Item dedit pauperibus domesticis septem lopinos siliginis hereditarie in domo sua presenti (hand B).

(22.) A.

(23.) B. Anniversarium Petri Joannis Theodrici Danielis tertie uxoris celebrabitur, cantando vigiliam et missam de Requiem, feria quarta ante Simonis et Jude. Unde investitus recipiet octo stuferos. Custos duos. Ecclesia solvere tenetur et ponere luminaria (hand C).

(24.) C. Obitus Walteri de Loeven, Elizabet eius uxoris, Walteri eius nepotis, qui legaverunt duos solidos opten Haverbocht (hand A).

F<sup>o</sup> 21 v<sup>o</sup>

Obitus Walteri...et filii...pariter investi...c....uxore, et cantando vigiliam et missam quatuor ....(hand C).

(25.) D.

(26.) E. Anno M.CCCC.XXXIII (1434). Obitus Thome Everdey, qui legavit ecclesie de Weelde, pro lampade gubernando, videlicet pro oleo et ceteris, duos lopinos siliginis hereditarii pactus ad hereditatem dictam de Cruyseck, in de Beecstrate sitam, quam tenet Godefridus Leysen junior. Item legavit investito pro anniversario dimidium grossum veterem ad quamdam strepam in de Meeracker sitam, quam tenet Gerardus Reyns (hand B).

(27.) F. Obitus Wilhelmi Sutoris et Conegundis, eius uxoris, qui legaverunt investito quilibet sex denarios (hand A). Anniversarium Gisberti Simonis, Heylwigis uxoris et parentum, celebrabitur annue, cantando vigiliam et missam, feria sexta ante Simonis et Jude. Unde investitus recipiet quatuor stuferos, custos unum. Ecclesia solvere tenetur (hand C).

(28.) G. Simonis et Jude. Obitus Walteri Emsen, qui legavit pro suo anniversario sex denarios supra duo lopinaria terre sita in de Grootbrake (hand A).

(29.) A. Obitus Angele, uxoris Walteri Christiani, que legavit investito, pro anniversario suo nec non Petri Langwouters et Heilwigis, parentum suorum, quatuor lopinos siliginis, etc. pro dominica oratione. Item legavit ecclesie de Weeldt pro luminaribus medium lopinum siliginis. Similiter medium lopinum siliginis et ad supra contrapignora dat Ervelt, ad plateam situatam (hand C).

(30.) B. Obitus Elizabeth Dribbels, filie Johannis Dribbels, unum lopinum siliginis annuatim supra bona Johannis Egidii. Solvit Johannes Neesen Dielys, pro nunc uxor eius Agatha (hand C).

(31.) C. Obitus Avezoete Coppens, que legavit pro anniversario op ....(hand B).

F<sup>o</sup> 22 r<sup>o</sup>

NOVEMBER.

(1.) D. Obitus Walteri de Loeven ... qui legavit duos solidos, pro quibus duobus solidis Bertholomeus de Loeven legavit dict.... Obitus Marie, uxoris Petri de Nova Domo et suorum filiorum, que legaverunt duos solidos (hand A).

(2.) E. Commemoratio Animarum. Obitus domini Henrici Pietter quondam investiti ecclesie de Weeld, qui legavit ecclesie unum scutum, applicatum ad calicem altaris beate Marie (hand A).

(3.) F. Huberti Episcopi.

(4.) G. Obitus Hille, que legavit investito sex denarios supra bona sua. Obitus Heilwigis de Mari, que legavit investito et ecclesie pariter unam peciam terre arabilis pro suo anniversario (hand A).



(5.) A. Dominica. Anniversarium Catharine Walteri Scelkens, uxoris Tielmanni Swolfs, que legavit investito de Weelde, pro anniversario eorumdem ac parentum suorum, 1 ouden engelschen nuncupatum, antea dimidium brasbenare, ad et supra pratum, nuncupatum dat Cops beemdeken, jacentem in die Hegge, quod possident filii Joannis de Aerle (hand C).

(6.) B. Leonardi Abbatis.

(7.) C. Obitus Mathie Piex, qui legavit pro anniversariis Johannis Piex, sui patris, Katherine, sue matris, Mathie Piex et Mechtildis Cops et Elisabeth, suarum uxorum, unum lopinum siliginis, ad et supra Coolhof, adiacentem ad ortum investiture. Item legavit quatuor omnibus unum lopinum siliginis hereditarie ad dictum Coolhof (hand B).

(8.) D.

F° 22 v°

(9.) E.

(10.) F.

(11.) G. Martini Episcopi. Anniversarium Petri Petri Wils parentum, fratrum et sororum celebrabitur annue, cantando vigiliam et missam, feria secunda post Martini. Unde investitus recipiet quatuor stuferos, custos unum. Ecclesia solvere tenetur (hand C).

(12.) A. Anniversarium Johanne, uxoris Johannis Baerlmanes, Johannis et Adriani, filiorum et parentum celebrabitur, cantando vigiliam et missam, feria tertia post Martini. Unde investitus recipiet quatuor stuferos. Custos unum. Ecclesia solvere tenetur (hand C).

(13.) B.

(14.) C. Obitus Katarine Swolfs, que legavit investito pro suo anniversario faciendo sex denarios (hand A).

(15.) D.

(16.) E. Obiit Mergareta, filia Johannis de Ravels, que legavit investito, pro suo anniversario, sue sororis et parentum suorum, unum lopinum siliginis perpetui redditus, ad et supra hereditatem, dictam Cruyseck in de Bekestrate sitam, levando et recipiendo et inde ... decem vlyguti quos primo legavit, et si investitus negligens fuit in anniversario faciendo, Mense Spiritus Sancti dicta siligo applicatur. Anno M.CCCC.XXXVIII (1438) (hand B).

F° 23 r°

(17.) F. Obitus domini Walteri Oeden quondam investiti ecclesie de Weelde, qui legavit, pro suo anniversario, investito unum lopinum siliginis hereditarie, et dicte ecclesie decem lopinos siliginis hereditarie, quos solvit Andreas Anthonii de hereditate, dicta Goeshoeve, et unum lopinum siliginis solvit Mathias Piex de hereditate dicta Goeshoeven (hand A).

(18.) G.

(19.) A.

(20.) B.

(21.) C.

(22.) D.

(23.) E.

(24.) F. Anniversarium Johannis Lauwers, uxoris eius Heilwigis, Laurentii, fratris prefati Johannis, et Katherine, filiorum, pro quo anniversario Catherina predicta ordinavit ac legavit quatuor lopinos siliginis hereditarii pactus, videlicet investito pro laboribus, cantando vigiliam et missam, duos lopinos siliginis, ecclesie unum lopinum cum dimidio, matriculario pro labore in anniversario requisito unum lopinum, quos quatuor lopinos siliginis assignavit Gerardus, filius Henrici Eyskens, supra petiam terre, dicte de Elsacker (hand C).

F° 23 v°

(25.) G. Katerine Virginis. Obitus Walteri van de ... qui legavit investito ecclesie pro eorum anniversariis duodecim ..... (hand A).

(26.) A. Die Veneris a feria sexta ante festum Andree. Arnoldus Back, Elizabeth, soror predicti Arnoldi cum marito suo Joanne Lamberti, Elzana cum marito suo Petro Brekels,

Egidia Back cum marito suo Petro Verbruggen, pariter omnes legaverunt ex parte domini Henrici Back, quondam investiti de Poppel, cum fratribus et sororibus suis, et Arnoldi, patris sui, investito de Weelde tres lopinos siliginis annuatim et unum lopinum siliginis matriculario, scilicet dimidium lopinum fabrice ecclesie sancti Michaelis pro luminaribus, tali cantando quod pretactum anniversarium celebrabitur die Veneris semper ante festum Sancti Andree, scilicet cantando vigiliam et missam, sin autem quod prefati redditus convertentur in utilitatem Sancti Spiritus. Item prefata sunt legata supra unam petiam prati, vulgariter nuncupatam den Hoempot, iuxta Johannem Cops, Henricum Maes, Godefridum Smekens. Hereditarie solvit Petrus de Vivario, alias Johannes Nycolai (hand C).

(27.) B.

(28.) C.

(29.) D

(30.) E. Andree Apostoli. Obitus Johannes Baerlmans, qui obyt millesimo quingentesimo decimo sexto (1516), qui legavit investito de Weeldt semel undecim Renenses, pro quibus solvit ut in primo folio (hand C).

F° 24 r°

DECEMBER.

(1.) F.

(2.) G.

(3.) A.

(4.) B.

(5.) C. Nycolai Episcopi.

(6.) D. Obitus Katherine, uxoris Ghysberti Walteri Ghybs que

(7.) E. legavit pro anniversario cantando vigiliam et missam, investito undecim stuferos, redimibiles cum decem Renensibus, quos quidem undecim stuferos actu solvit Johannes Gysberti, eius filius (hand C).

(8.) F. Conceptio Marie Virginis.

F° 24 v°

(9.) G. Obitus Elizabeth de Barle, que legavit unum lopinum siliginis supra domum et curtem, quos tenent Joannes Heckemans, eius filius, faber, et Elizabet eius soror (hand A).

(10.) A.

(11.) B.

(12.) C.

(13.) D. Lucie Virginis. Obitus Elisabeth, uxoris Ywani duodecim denarios, supra domum, quam tenet Johannes Brant, videlicet grossum antiquum Petrus Holteman tened ad plateam iuxta capellam (hand B).

(14.) E.

(15.) F.

(16.) G.

F° 25 r°

(17.) A.

(18.) B.

(19.) C.

(20.) D.

(21.) E. Thome Apostoli. Elisabeth Comans, que legavit viginti duos denarios supra domos et curtes, quas Heinricus Coemans, eius frater, et Heilwigis, eius soror, tenent (hand B).

(22.) F.

(23.) G.

(24.) A.

F° 25 v°

(25.) B. Nativitas Domini.

(26.) C. Stephani Martyris.

(27.) D. Joannis Ewangelisti.

(28.) E. Innocentes.

(29.) F. Dominica infra octavam anno LXXVI (1576). Anniversarium Elizabeth Piex, que legavit investito tres quartallas unius lopini siliginis, ecclesie unum lopinum siliginis, altari beate Marie in capella Sancti Joannis unum lopinum siliginis hereditarii pactus, levando ad et supra domum et domistadium cum suis attinentiis Henrici Piex, retro ortum investiti prefati de Weeldt, tali conditione adiecta quod prefatus Henricus potest quitare contrapignora fertellam pro novem petris (hand C).

(30.) G.

(31.) A.